lūtatis impletionē et afflictionē.De his tri:
bus ad Phil'.ij.Humiliauit ſemetipm̄.q̊
ad p̄mum.factus obediens.quo ad ſcḋꝫ.vſ
qꝫ ad mortem.quo ad tertiū. E ¶ Tertō
fuit efficaciſſimuſ ad attrahēdū genꝰ huma
nū.Nūquid ei ſaluo libertatis arbitrio ma
gis ad amorē ſuū et fiduciam genꝰ hūanuꝫ
attrahere potuit.Qualiter autem ꝑ hoc ad
amorem nos attrahat dicit bern̄.Sup om
nia reddit te amabilē bone ieſu calix queꝫ bi
biſti opꝰ redemptionis noſtre.Hoc omino
amorem noſtrum facile vendicat totuꝫ ibi.
hoc eſt qḋ noſtrum amorem et blandiꝰ alli
cit.et iuſtius erigit et citius ſtringit.et vehe
mentius afficit.Etenīꝫ vbi te exinaniſti vbi
te naturalibꝰ radiis exuiſti.ibi pietas magiſ
emicuit.ibi caritas plꝰ euulſit.ibi g̃tia ā̄pliꝰ
radiauit.Qualiter autē ad fiduciam ḋr ro.
viij.Qui etiam ꝓ ꝓo filio ſuo nō pepercit.ſꝫ
ꝑ nobis omnibꝰ tradidit illum.q̊modo nō
etiā omnia cū illo nob̄ donauit.De ħ etiaꝫ
Bern̄.Quis nō rapiať ad ſpeꝫ īpetrandi fi:
duciā.q̄ eiꝰ attēdit corꝑis diſpoſitionē.vidlꝫ
caput inclinatū ad oſculū.brachia extēſa ad
amplexū.manꝰ ꝑforatas ad largiendū.latꝰ
apertū ad diligēdū.pedū affixionē ad nobiſ
cū cōmanendū.corꝑis extēſionē ad ſe totuꝫ
nob̄ impēdēdū F ¶ Quarto fuit prudē
tiſſimꝰ ad expugnādū hūani generis inimi
cū.Job.xxvj.Prudētia eiꝰ ꝑcuſſit ſupbum.
Et vltimo.Nūquid poteris cape leuiathā
hamo.Chriſtꝰ enī hamū ſue diuinitatis ab
ſconderat ſub eſca hūanitatis.Et dyaboluſ
capere volens eſcam carnis.captꝰ eſt ab ha
mo diuiītatiſ.De hac prudēti captione dicit
aug̃.Uenit redēptor et victꝰ eſt ḋceptor.Et
q̄d fecit redēptor captiuatori nrō.Tetendit
muſcipulā crucē ſuā.poſuit in ea eſcā ſāgnē
ſuū.Ipſe aūt voluit fundere ſangnē nō ḋbi
toris.ꝓpť qḋ receſſit a ḋbitoribꝰ.Huiuſmōi
debitum apoſtolꝰ vocat cyrographū qḋ q̄
dē xp̄ſ tulit et cruci affixit De q̄ cyrographo

dic aug̃. Eua peccatū a dyabolo mutuauit
cyrographum ſcripſit. fideiuſſoꝛem dedit. et
vſura poſteritati creuit. Tūc enim a dyabo
lo peccatū mutuauit. quando contra prece-
ptum dei. ſue praue iuſſioni vel ſuggeſtioni
conſenſit. cyrographū ſcripſit. quando ma-
num ad pomum vetitum poꝛrexit. fidiuſſo
rem dedit. quando adam peccato conſenti-
re fecit. et ſic vſura peccati poſteritati creuit.

¶ Contra igitur contēnentes hanc redem-
ptionem qua nos d̄ inimici poteſtate redu
xit herī. exprobrando dicit ī perſona chriſti.
Popule meus ait dn̄s. quid tibi facere po
tui et non feci. Quid cauſe ē ꝙ inimico meo
magis libꝫ ſuire q̄ꝫ mihi. nec ille creauit voſ
ſed nec paſcit. Si parua hec videntur igra-
tis non ille ſed ego redemi vos. Quo precō
Nō vtiqꝫ auro coꝛruptibili vel argento. nō
ſole aut luna. nō ſaltem angeloꝝ aliquo. ſed
ꝓpō vos cruoꝛe redemi. Ceterū ſi neqꝫ taꝫ
multiplici iure debituꝫ eſt a vobis elicere fa
mulatū. obmiſſis omnibus. mecū ſaltem ex
denario diurno conuenite. ¶ Et q̄a ī moꝛ
tem xp̄m tradiderūt. iudas per auariciaꝫ. iu
dei ꝑ īuidiam. pilatus per timoꝛem. ideo vi
dendū eēt de pena a dō his īflicta merito hꝰ
peccati. Sed de pena et oꝛigine iude inueni
es in legenda ſancti mathie. de pena et exci
dio iudeoꝝ in legēda ſancti iacobi minoꝛis
De pena autem et oꝛigine pilati in q̄daꝫ hi
ſtoꝛia licet apocrifa ſic legitur. ¶ Fuit
quidam rex noīe tirus. q̄ quādam puellam
noīe pilaꝫ filiā cuiuſdaꝫ molendinarij noīe
atus carnaliter cognouit. et de ea filiū gene
rauit. Pila autē ex nomine ſuo ⁊ noīe patꝛs
ſui qui dicebatur atꝰ. vnū nomē cōpoſuit. ⁊
nato puero impoſuit nomē pilatus. Cū au
tem pilatꝰ tres annos haberet ipꝫ pila ad re
gem trāſmiſit. Habebat autem rex filiū d̄ re
gīa ꝯiuge ſua q̄ fere pilato coetaneꝰ vidēbat̄
Iſti dū annos diſcretionis attigiſſent. ſepiꝰ
luctamine pugna et funda ad inuiceꝫ collu
debant. Sed regis legitimꝰ filius vt genere
erat nobilioꝛ. ſic in omni loco pilato inueni
ebatur ſtrenuioꝛ. et omni genere certaminiſ
aptioꝛ. Ob hoc pilatuſ inuidie liuoꝛe cōmo
tus et felleo doloꝛe ſtimulatus fratrem ſuū
latenter occidit. Qđ rex audiens. vehemen
ter doluit. et cōcione conuocata q̄d de ſcele
rato ⁊ homicida faciendū ſit filio requiſiuit
Qui eum omnes. reū moꝛtis eē vnanimiē
acclamauerunt. Rex autem ad ſe reuerſus
iniquitatē iniquitate noluit duplicare. ſꝫ ipꝫ
pro tributo qđ annuatim debebat romaniſ
obſidē miſit. tum volens innoxiuſ eē ab oc
ciſione filij. tum a tributo romanoꝛum cupi
ens liberari. Tūc enim tempis erat rome fi
lius regis francie. queꝫ ſimiliter rex miſerat
romam pro tributis. Huic pilatus aſſocia
tus. cum ſe ab eo moꝛibꝰ et induſtria precel
li videret. eum inuidie ſtimuliſ agitatus oc
cidit. Sed cum romani quid de eo faciēdū
eēt inq̄rerent dixerunt. Hic ſi ſuperuixerit q̄
fratrē necauit. obſidem iugulauit. reipubli
ce plurimum vtilis erit. ⁊ colla ferociū hoſti
um ferox ipē domabit. Dixerūt ergo. Cum
reus moꝛtis habeatur in pontos inſulā gē
tibus illis que nullum patiuntur iudiceꝫ. iu
dex preficiatur. ſi foꝛte eius nequicia ipoꝛuꝫ
contūacia edomet̄. ſi non qđ meruit patiat̄
Miſſus igit̄ pilatus ad gentem ferocē et ſu
oꝝ iudicū peremptriceꝫ. nō inſciꝰ ad quos
miſſus ſit. et q̄ꝫ pendula vite ſue ſentētia. ta
cite rem conſiderās vitam ſeruare voluit. ⁊
genteꝫ neq̄ꝫ ipē minis et pꝛomiſſis ſupplicio
et pꝛecio penitus ſubiugauit. Qui igitur tā
dure gentis victoꝛ extitit. a pōtos inſula pō
tius pilatus nomen accepit. Herodes autē
hominis illius induſtriam vt audiuit. vſu
tijs eius congaudens. ipē vſutus eum ad ſe
muneribꝰ et internūcijs inuitauit. et ſuꝑ iu
deam et hierl'm poteſtatem et vicem ſuaꝫ ei
tradidit. Qui cū pecuniam innumerabileꝫ
congregaſſet. neſciente herode romā adijt.
et infinitam pecuniaꝫ tiberio imperatoꝛi ob
tulit. et ab eo ſibi dari qđ ab herode tenebat
muneribus impetrauit. Huiuſcemodi cau
ſa facti ſunt inimici pilatus et herodes quo
ad vſqꝫ tempoꝛe paſſioniſ domini eum ſibi
reconciliauit. eo ꝙ dn̄m ad ſe miſit. Alia cā
inimicicie aſſignatur in hiſtoꝛia ſcolaſtica.
Quidam enim ſe filium dei faciēs m̄ltoſ de
galileis ſeduxerat. q̄s cū ī garizim deduxiſ
ſet vbi dixerat ſe aſcēſurū in celū ſuꝑuenēs

pilatus ipſū cū omnibus occidit.timens ne
ſimiliter iudeos ſeduceret.Ob hoc facti ſūt
inimici.quia herodes preſidebat galileis Et
vtraqꝫ cauſa potuit eē vera ¶Cū autē pi
latus dn̄m iudeis crucifigendū tradidiſſet.
timens tamē offenſam tiberij ceſaris.eo ꝙ
cōdemnaſſet ſanguiem inocentē.quēdaꝫ ſi-
bi familiarem pro ſui excuſatione ad ceſareꝫ
deſtinauit.Interea cū tiberius morbo gra-
ui teneretur.nunciat̄ eidem ꝙ hieroſolimis
q̄dam medicus eēt.qui oēs morbos ſolo v̄-
bo curaret.neſciens ꝙ eum pilatus et iudei
occidiſſent.Dixitqꝫ voluſiano ſibi priuato.
Vade citius trās ꝑtes marinas diceſqꝫ pi-
lato vt hunc medicum mihi mittat.q̄ me ꝑ
ſtine ſanitati reſtituat.Cum autē ille ad pila
tum veniſſet.⁊ mandatū impatoris expoſu
iſſet eidem.territus pilatus.xiiij.dierꝫ indu-
cias poſtulauit.Infra quod ſpaciū duꝫ vo
luſianus quādam matronaꝫ que fuerat fa
miliaris ieſu noīe veronicā vbi nā xp̄us ieſꝰ
inueniri poſſet interrogaſſet ait.Heu domi
nus meus et deus meus erat.quē pilatꝰ ꝑ i
uidiam traditum.cōdēnauit.et crucifigi ꝑ
cepit.Tunc ille nimis dolēs ait.Vehemen
ter doleo.quia quod mihi dn̄s meus iuſſe
rat explere non valeo.Cui veronica.Domi
nus meus cuꝫ predicādo circuiret.et ego eꝰ
p̄ſentia nimis inuite carerē volui mihi ipi
us depingi imaginē.vt dum eius ꝑuarer p̄
ſentia mihi ſaltē preſtaret ſolatiuꝫ imaginis
ſue figura.Cūqꝫ lintheum pictori deferrē pin
gendum dn̄s mihi obuiauit.et quo tēderē.
requiſiuit.cui cū vie cauſā aperuiſſem.a me
petijt pānū.⁊ ipuꝫ mihi venerabili ſua facie
reddidit inſignitū.Imaginis ergo huiꝰ aſpe
ctū ſi dn̄s tuus deuote intuebitur continuo
ſanitatis bn̄ficio potiet̄.Cui ille.Eſt ne hu
iuſmodi imago auro vel argēto cōpabilis.
Cui illa.Nō.ſed pio affectu deuotionis.Te
cū igitur proficiſcar.et vidēdaꝫ ceſari imagi
nē offerā.⁊ reuertar.Venit igitur voluſianꝰ
cū veronica romā.dixitqꝫ tiberio impatori.
Ieſuꝫ a te diu deſideratum pilatus ⁊ iudei iniu
ſte morti tradiderūt.⁊ ꝑ iuidiaꝫ crucis pati
bulo affixerūt Venit igitur matrona quedā
mecū ipius ieſu imaginem offerēs.quā ſi de
uote proſpexeris.mox ſanitatis tue bn̄ficiū
obtinebis.Ceſar igitur pānis ſericis viā ſter
ni fec.⁊ imaginē ſibi p̄ntari ꝑcepit Qui mox
vt eaꝫ fuit intuitus.ſanitatē p̄ſtinaꝫ ē aſſecu
tus.Pōtius igitur pilatꝰ iperio ceſaris ca
pitur ⁊ romā ꝑducitur.Audiens ceſar pila
tuꝫ aduenisſe nimio furore cōtra eū repletꝰ.
eum ad ſe adduci fecit.pilatus autē tunicaꝫ
domini icōſutilē ſecū detulit quaꝫ idutaꝫ co
raꝫ ipatore ꝑtauit.Mox vt ipator eū vidit.
oēꝫ irā depoſuit.⁊ ei protinus aſſurrexit.nec
ſibi dure in aliquo loqui p̄ualuit.et qui ī eiꝰ
abſētia videbatur taꝫ terribilis ⁊ ferus.nūc in
eius p̄ſētia iuenitur quodāmodo māſuetꝰ.
Cūqꝫ eū licentiaſſet mox contra eū terribilē
excādeſcit ſe miſerꝫ clamās ꝙ ei furorē ſui pe
ctoris minime oſtēdiſſet.Statiqꝫ eū reuocari
fecit.iurās ⁊ conteſtās ꝙ filius mortis eēt.
nec ꝓbās ſit eū viuere ſuper terraꝫ.Qui vt eū
vidit.cōtinuo eū ſalutauit.⁊ oēꝫ animi fero
citatē abiecit.Mirantur omnes.mirabat̄
⁊ ipe ꝙ ſic cōtra pilatū dū abeēt excādeſceret
⁊ dū p̄ñs eēt nil ei aſpe loqui poſſet.Tandē
diuino nutu vel forte alicuius xp̄iani ſuaſu
ipm illa tunica expoliari fecit.⁊ cōtra euꝫ p̄
ſtinaꝫ animi ferocitatē mox reſūpſit.Cunqꝫ
de hi ipator plurimū miraret̄.dictū eſt ſibi ꝙ
illa tunica fuiſſꝫ dn̄i ieſu.Tūc ipator ipm in
carcerē recipi iuſſit.donec ſapientū cōſilio de
liberaret q̄d de eo fieri opteret.Data eſt igi
tur i pilatū ſn̄ia vt morte turpiſſima dānare
tur.Audiēs hoc pilatus cultello ꝓpo ſe ne
cauit.⁊ tali morte vitā finiuit Cognita ceſar
morte pilati dixit vere mortuꝰ ē morte turpiſſi
ma.cui manꝰ ꝓpa nō pepcit.Mole igit̄ igē
ti alligatur.⁊ i tiberi fluuiū imergit̄.Sp̄us
vero maligni ⁊ ſordidi corpi maligno ⁊ ſordi
do cōgaudētes.⁊ nūc i aq̄s.nūc i aere rapiē
tēs.mirabiles iundatōnes i aq̄s mouebāt.
⁊ fulgura tēpeſtates tonitrua ⁊ grādines in
aere terribiliter generabāt.ita vt cūcti timore
horribili tenerētur.Quapp̄t romani eū a ti
beris fluuio extrahētes deriſionis cauſa ipm
vigēnā deportauerūt.⁊ rodano fluuio imerſe
rūt Vigēna eni dr̄ q̄ſi via gehēne.q̄a erat tūc
locꝰ maledictōis.vl̄ potiꝰ dr̄ biēna eo ꝙ vt dr̄
biēnio ſit cōſtructa.Sꝫ ibi neqꝫ ſp̄us nō deſu

erũt. ibidẽ eadẽ operantes. Hoĩes ergo illi tã
tã ĩfeſtatõnez demonũ nõ ferẽtes vas illud
maledictõnis a ſe remouerũt. ⁊ illđ ſepelien
dum loſanne ciuitatis territorio commiſe
rũt. Qui cum nimis p̄fatis infeſtatõnibus
grauarent̃. ipm a ſe remouerũt. ⁊ in quodã
puteo mõtibꝰ circũſepto imerſerunt. vbi ad
huc relatione q̃rũdaꝫ quedã dyabolice ma
chinationes ebullire vident̃. Hucuſqꝫ ĩ p̄di
cta hiſtoria apocrifa legit̃. Que vtrũ recitan
da ſit lectoris iudicio relinquat̃. ¶ Nota tñ
qꝛ ĩ hiſtoria ſcol. legit̃ ꝙ pilatꝰ a iudeis accu
ſatus ē apđ tiberiũ de violẽta innocẽtuꝫ int̃
fectõne. ⁊ q̃a iudeis reclamãtibꝰ imagĩes gẽ
tiliũ in tẽplo ponebat. ⁊ q̃a pecuniaꝫ repoſi
tam ĩ corbonã in ſuoſ redegerat vſus ĩde fa
ciẽs aq̄ductũ in domũ ſuã. Et ꝑ his oĩbꝰ de
portatus eſt lugdunũ ĩ exiliũ vnde oriundꝰ
fuerat. vt ibi in opprobriũ gẽtis ſue moreret̃.
Potuit eẽ ſi tñ illa hiſtoria cõtinet veritatẽ
quia p̄mo iam edictũ dederat vt lugdunuꝫ
in exiliũ deportaret̃. et ꝙ ante reuerſionẽ vo
luſiani ad ĩpatoreꝫ ibi fuerit deportatꝰ. Sed
poſtmodũ tiberiꝰ audiẽſ qualiter xp̄m occi
diſſet. ip̄m de exilio educi ⁊ ad ſe romã addu
ci fecit. Euſebiꝰ autẽ et beda in ſuis cronicis
nõ dicũt ip̄um in exiliũ relegatũ ſed tantũ ꝙ
in m̃ltas calamitates incidẽs ꝓpria manu
ſe peremit.

## De feſtiuitatibus que occurrunt infra tempus reconciliationis.

Dicto de feſtiuita
tibus que occurrũt infra tempus
deuiationis qđ incepit ab adam et
durauit vſqꝫ ad moyſen. qđ tẽpꝰ repñtat ec
cleſia a ſeptuageſima vſqꝫ ad paſcha. Seq̃t
videre de feſtiuitatibꝰ q̄ eueniũt infra tẽpuſ
recõciliatõnis. qđ tẽpꝰ repreſẽtat eccl̃ia a pa
ſcha vſqꝫ ad octauã penth.

LII. A

### De reſurrectione chriſti.

Reſurrectio chriſti
tertia die a paſſiõe ipiꝰ fca ē. Circa ãt ipaꝫ re
ſurrectõꝫ dñicã ſeptẽ ꝑ ordinẽ ſũt ꝯſideranda
Primo q̃liter verꝝ ſit ꝙ tribꝰ diebꝰ ⁊ tribꝰ no
ctibꝰ in ſepulcro iacuit. et in tertia die reſur
rexit. Secundo quare nõ ſtatĩ vt mortuꝰ eſt
reſurrexit. ſed vſqꝫ in diẽ tertium expectauit.
Tertio qualit̃ reſurrexit. Quarto q̃re reſur
rectionẽ ſuã accelerauit. nec vſqꝫ ad genera
leꝫ reſurrectiõꝫ diſtulit. Quinto ꝓpter q̄đ re
ſurrexit. Sexto q̃tiẽs apparuit reſurgẽs. Se
ptimo q̃lit̃ ſctõs p̄rẽs q̄ erãt ĩ limbo ĩde edu
xit ⁊ q̄đ ibi egit. ¶ Circa p̄mũ notãdũ ꝙ xp̄s
tribꝰ diebꝰ et tribꝰ noctibꝰ in ſepulcro fuiſſe
dr̃. ſcḋm aug̃. ꝑ ſinodochẽ. vt p̄ma dies accipi
atur ſcḋm ꝑtẽ ſui poſtremã. ſecũda dies ſcḋm ſe
totã ⁊ integrã. tertia ſcḋm ꝑtẽ ſui p̄mam. ⁊ ſic
erunt tres dies. Et q̃libet hoꝝ dierũ ſuã no
ctẽ habuit p̄cedẽtẽ. Tũc enĩ ſcḋm bedã muta
tus ē ordo et curſus dierũ ac noctiũ. Antea
enĩ dies p̄cedebãt ⁊ noctes ſeq̃bant̃. pꝰ paſ
ſionẽ autẽ hͦ ordo mutatꝰ eſt. ita ꝙ noctes p̄
cedũt et dies ſequunt̃. Et hͦ miſterio ꝯgruit
q̊nĩã hõ p̄mo đ die gratie cecidit in noctem
culpe. ꝑ xp̄i autẽ paſſionẽ ⁊ reſurrectionẽ de
nocte culpe rediijt ad dieꝫ gratie. ¶ Circa ſe
cũdũ ſciendũ eſt ꝙ cõueniẽs fuit vt nõ ſtatĩ
qñ mortuꝰ fuit xp̄s reſurgereꝫ. ſꝫ vſqꝫ in dieꝫ
tertiũ expectaret ꝓpt̃ q̃nqꝫ rõnes. ¶ Prio
pter ſignificationẽ. vt. ſ. ex hͦ ſignificaret ꝙ lux ſue
mortis curauit nr̃ã duplã mortẽ. ⁊ iõ vna
die integra et duabꝰ noctibꝰ iacuit in ſepul
cro vt ꝑ diẽ intelligat̃ lux ſue mortis. ꝑ duas
noctes noſtra duplex mors. Et hãc ratõneꝫ
aſſignat glo. ſup illđ. lu. xxiiij. Oportuit xp̄m
pati ⁊c. ¶ Scḋo ꝓpt̃ ꝓbatõꝫ. q̃a ſic in ore du
oꝝ vl' triũ teſtiũ ſtat oẽ vbũ. ſic ĩ tribꝰ diebꝰ ex
ꝑit q̃s oẽ factũ. ⁊ iõ vt mortẽ hñ ꝓbaret ⁊ ſe ꝓ
baſſe oñderet. tribꝰ diebꝰ iacere voluit ĩ ſepl
cro ¶ Tertio ꝓpt̃ ſue ꝑtãtiſ oñſionẽ. qꝛ ſi ſta
tiꝫ reſurrexiſſꝫ. ñ vidr̃et ꝑtãtẽ hrẽ ponẽdi aĩaꝫ
ſuã ſicut reſurgẽdi. Et hͦ rõ videt̃ tãgi. j. corꝝ.
xv. ſup illo. q̊nĩã xp̄s mortuꝰ ē. ⁊c. Ideo inq̃t đ
morte p̄mittit̃. vt ſic v̄a mors oñdit̃. ita v̄a re
ſurrectio oñdat̃. Quarto ꝓpt̃ reſtaurãdoꝝ
p̄figuratiõnẽ. Hãc rõꝫ aſſignat pe. rauẽñ. d.
Tres dieſ voluit eẽ ſue ſepult̃e. q ĩ celo ſũt re
ſtauraturꝰ. q ĩ terra reparaturꝰ q apud inſe

ros redemptur⁹. ¶Quinto ppt̄ triplicis ſta
tus iuſtoꝝ repñſentationē. Hanc rōnem aſſi
gnat greg. ſuper ezech. di. Sexta feria xp̄us
paſſ⁹ eſt. ſabbato q̄euit in ſepulcro. dñico au
tē die reſurrexit a morte. Preſēſ aūt vita ad
huc nob ſexta feria eſt. q̄a i anguſtijs ꝛ dolo
rib⁹ cruciamur. Sȝ ſabbato quaſi i ſepulcro
q̄eſci⁹ q̄a reqeȝ aīe p⁹ morte iuenie⁹. Dñi
co autē die a ꝯditiōe octauo. cū corpe a mor
te reſurgim⁹. et in gl'a aīe etiā cū carne gau
demus. Dolor ergo nos in ſexta feria. reqeſ
in ſeptima. et gl'a excipit in octaua. Hec gre
go. ¶Circa tertiū. ſ. q̄liter reſurrexit. Notā
dum q̄ p̄mo ſurrexit potent. q̄a v̄tute ꝓpa
Joh. x. Ptātē habeo ponēdi aīam meā et
iteꝝ ſumendi eā. Joh. ij. Soluite templum
h ꝛ in trib⁹ diebus excitabo illud. Secūdo
feliciter. q2 depoſita omni miſeria. Mat. xx
vj. Poſtq̄ȝ aūt reſur. p. v. in gali. Galilea int̄
pretatur trāſmigratō. Chriſt⁹ ergo q̄n ſurre
xit in galileā p̄ceſſit. q2 de miſeria ad gloriā
de corruptiōe ad incorruptōnē trāſiuit. Leo
papa. Poſt paſſionem xp̄i ruptis vinculis
mortis. infirmitas in virtutem. mortalitas
in eternitatem. contumelia tranſijt in gloriā
Tertio vtiliter. quia capta preda. hiere. iiij.
Aſcendit leo de cubili ſuo et predo gētium
ſeleuauit. Itē Joh. Cū exaltat⁹ fuero a terra
oīa traham ad meipm̄. i. Cū exaltat⁹ fuero
a terra aīam meā. ſ. educēdo de limbo et cor
pus de ſepulcro. oīa tra. ꝛc. Quarto mirabi
liter. quia remanēte clauſo ſepulchro. Sic
enim exiſtente clauſo matris vtero exiuit. et
ad diſcipulos ianuis clauſis intrauit. ſic ni
mirum exiſtēte clauſo ſepulcro inde exire po
tuit. Unde legit in hiſtoria ſcolaſtica q̄ cui
dā mōacho ſc̄ti laurētij rome extra muros
anno ab incarnatione dñi milleſimo. cxj. mi
ranti de cingulo ſuo quo accinctus erat in
ſoluto piecto ante illum. vox in aere ē facta
Sic potuit xp̄s clauſo exire ſepulcro. Quin
to veraciter quia ī corpe vero ꝛ ꝓprio. Sex
autē modis ſe vere reſurrexiſſe ꝓbauit. Pri
mo per angelum. qui nō mentit. Secundo
p frequētē apparitionē. Per h duo oñdit ſe
vere reſurrexiſſe. Tertio p comeſtionē. p qd
probauit q̄ non arte magica. Quarto p pal
pationē. p qd ꝓbauit q̄ in vero corpe. Quin
to p cicatricū oſtēſionē. p qd ꝓbauit q̄ in eo
dē corpore in q̄ mortu⁹ fuit. Sexto p dom⁹
clauſ ianuis ingreſſionē. p qd oñdit q̄ glifi
cat⁹ ſurrexit. Hec enī omnes dubitationes
circa xp̄i reſurrectionē videnſ fuiſſe in diſci
pulis. Sexto ſurrexit immortalit. q̄a nunq̄ȝ
de cetero moritur⁹. Ro. vj. Chriſt⁹ reſurgēs
ex mortuis iam nō moritur. ꝛc. Dicit tñ dyo
niſi⁹ in ep'la ad demophilū. xp̄m etiā p⁹ aſcē
ſionē cuidā ſancto viro nomie carpo dixiſſe
Parat⁹ ſū rurſus pro hoībus ſaluādis pati
Per qd videt ſi poſſibile eēt adhuc p homi
nibus mori parat⁹ eēt. Retulit enī p̄dict⁹
carp⁹ vir mire ſācitatis beato dyoniſio. vt
in eadē ep'la ꝯtinet. q̄ cū q̄daȝ infideliū fide
lem quendā puertiſſet. adeo carp⁹ moleſte
tulit. vt ex hoc infirmitatē incurreret. Tante
autē ſācitatis erat. vt nūq̄ȝ celebraret q̄n ſi
bi celeſtis viſio inferret. Sed cuȝ p vtriuſq̄ȝ
ꝯuerſione orare deberet. deū tñ q̄tidie exora
bat vt cōbuſtione q̄daȝ amboꝝ ſimul īmiſeri
cordiē abrūpet vital. Et ecce circa noctis me
diū dū euigilaret. et hāc oratiōȝ faceret ſubi
to dom⁹ in qua erat ī duo diuiſa fuit. ꝛ que
dā fornax immenſa ibidē apparuit. Reſpici
enſq̄ȝ ſurſum vidit celum aptum. et ibidem
ieſum circūdatum multitudine angeloꝝ.
Deinde iuxta fornacem p̄dicti duo viri tre
muli ſtare cernunt. qui a ſerpentibuſ de for
nace ꝓcedentibus morſibus et inuolutio
nibus violenter in fornacem trahebantur
nec nō a quibuſdā alijs viris īpingebant. h
vidēs carp⁹. adō ī iſtoꝝ vīdicta delectabat.
vt ſupiorē quidē viſionē intueri ꝯtemneret. et
in hoꝝ vindictā tot⁹ intētus maneret. ita q̄
plurimū moleſte ferebat q̄ in fornacē nō ci
to cadebāt. Tādem cū difficulē in celū reſpe
xiſſet. et predictā viſionē vt pius vidiſſet. ecce
ieſus hominū illoꝝ miſtus. ex ſuperceleſti
throno ſurrexit. et vſq̄ȝ ad illoſ cum multitu
dine angeloꝝ deſcendens manū extendit. et
īpos eripuit. Dixitq̄ȝ ieſus carpo. Manu
extenta pcute ꝯtra me. de cetero enīȝ parat⁹
ſum rurſ⁹ p hoībus ſaluandis pati. et h mi
hi amicū nō q̄ alij peccēt hoīeſ. Hac aūt viſi
onē quā recitat dyo. gratia h⁹ vbi poſuim⁹.

C ¶ Circa q̄rtū quare nō expectauit cū alijſ
reſurgere. q̄n. ſ. fiet generalis reſ͛rectio. Sci-
endū eſt ꝙ ꝓpter tres ratōnes noluit differ-
re ¶ Primo ꝓpter corp̄is dig̃tatez. Cū enī
illō corp⁹ eēt digniſſimū ex eo ꝙ erat deifica-
tū ſiue diuitati vnitū. nō fuit decens vt tam
diu ſub puluere iaceret. vnd̄ p̄s. Nō dab̄ ſā-
ctū tuū. i. corp⁹ ſanctificatū. i. deificatū. vide-
re corruptionē. Item p̄s. Surge dñe in req̄-
em tuā tu et archa ſanctificatōis tue. Et vo-
caẗ archa ſanctificatōis corp⁹ illō qd̄ fuit cō-
tentiuū diuitatis ¶ Secūdo ꝓpter fidei fir-
mitatē. Si enī tūc nō ſurrexiſſet fides periſſet
nec verū deū eū aliq̄s credidiſſet. qd̄ patz ex
hoc ꝙ in paſſione excepta beata v̄gie oēs fi-
dē amiſerūt. ſed cog̃ta reſ͛rectōne ipam recu-
perauerūt. j. cor. xv. Si xp̄ſ nō reſurrexit vana
eſt fides noſtra ¶ Tertō ꝓpter noſtre reſur-
rectōis exēplaritatez. raro enī īueniret q̄ re-
ſurrectōnē futurā ſperaret. niſi eaz in exēplo
p̄ceſſiſſe videret. Et ꝓpt̄ h̄ d. apl̄s. Qz ſi xp̄s
reſurrexit et nos reſurgē⁹. Quia e⁹ reſ͛rectō
eſt cā exēplaris nr̄e reſurrectōnis. Greḡ. Ex-
emplo dñs mōſtrauit qd̄ p̄miſit i p̄mio. vt
ſicut oēs ipm reſurrexiſſe fideles cognoſce-
rent. ita i ſeipſ̄ i fine mūdi p̄mia reſ͛rectōnis
ſperarēt. Idē. Nō pl⁹ q̄z triduanā eē mortez
voluit. ne ſi i illo reſurrectō differreẗ i nob̄ oī-
no deſperareẗ. Ideo habem⁹ ſpem reſ͛rectō-
nis noſtre ꝯſiderata gl̄a capitis noſtri.
¶ Circa q̄ntū. ſ. ꝓpter q̄d reſ͛rexit. ſciendū ꝙ
ꝓpter q̄ttuor magnas vtilitates nr̄as ſurre-
xit. Eſt enī e⁹ reſurrectō op̄ans iuſtificatōez
peccatoꝝ. docēs nouitatem moꝝ. generās
ſpez de receptōne remunerādoꝝ. et cauſans
reſ͛rectōnē oīm. De p̄mo ro. iiij. Tradit⁹ eſt
ꝓpter delicta noſtra et reſ͛rexit ꝓpter iuſtifi-
catōnē noſtram. De ſecūdo. Ro. vj. Sicut
xp̄s reſ͛rexit a mortuis p̄ gl̄am patris. ita et
nos in nouitate vite ābulemus. De tertio. j.
pet. ij. Qui ꝓpter magnā miſcd̄iam ſuam re-
ſuſcitauit nos in ſpem vite p̄ reſ͛rectōnē xp̄i
a mortuis. De q̄rto. j. Cor. xv. Chriſt⁹ dñs
reſ͛rexit a mortuis p̄micie dormiētiū. q̄niā q̄-
dē p̄ hoiez mors. et p̄ hoiem reſ͛rectō mortu-
orū. ¶ Et notādū ꝙ ſicut patz p̄ p̄dicta. xp̄s
in ſua reſurrectōne q̄ttuor habuit propria.

¶ Primū eſt ꝙ noſtra reſurrectio vſq3 i fi-
nem differtur ſua vero die tertia celebrata ē
Secundum. quia nos per illum reſurgim⁹
ille vero per ſe. Und̄ Ambroſius. Quomo-
do potuit adiutoriū ſui corporis querere ſu-
ſcitandi. q̄ alios ſuſcitauit. Tertiuz eſt quia
nos incineramur. ſed corp⁹ eius incinerari
non potuit. Quartum eſt quia ſua reſurre-
ctio eſt noſtre reſurrectōnis cauſa efficiens
exemplaris ⁊ ſacramentalis. De prima cau-
ſa Gloſa ſuper Pſal. Ad veſperum demo-
rabitur fletus ꝛc. Reſurrectio chriſti eſt cau-
ſa efficiens reſurrectionis anime in preſenti
et corporis in futuro. De ſecūda. j. Corinth.
xv. Si chriſtus reſurrexit ꝛc. De tertia. Ro.
vj. Ut quomodo chriſtuſ ꝛc. B ¶ Cir-
ca ſextū. ſcilz q̄tiens reſurgēs apparuerit no-
tandū eſt ꝙ ip̄a die reſurrectōis apparuit q̄n-
q3 vicib⁹. et alijs dieb⁹ ſeq̄ntib⁹ etiam q̄nq3
vicib⁹ ¶ Primo eniz apparuit marie ma-
gdalene. Ioh. xx. Itez mar. vltimo. Surgēſ
ieſ⁹ mane prima ſabbati apparuit p̄mo ma-
rie magdalene ꝛc. q̄ tipū gerit penitentiū. vo-
luit autez p̄mo apparere marie magdalene
q̄nq3 de cauſ̄ ¶ Primo q̄a ardenti⁹ dili-
gebat. Luc. vij. Dimiſſa ſūt ei peccata mł̄ta
q̄niā dilexit mł̄tū. ¶ Secūdo vt oſtēderet
ſe mortuū pro peccatorib⁹. Math. ix. Nō
veni vocare iuſtos ſed peccatores. ¶ Ter-
tio q̄a meretces precedūt ſapiētes in regno
celorū. Math. xxj. Amen dico vob̄ q̄a me-
retrices p̄. v. in re. dei ꝛc. ¶ Quarto vt ſicut
mulier fuit nūcia mortis. ita eēt nūcia vite.
ſ̄m glo. ¶ Quīnto vt vbi abūdauit delictū
ſup̄abūdaret ⁊ gratia. ſicut dr̄ Ro. v. ¶ Se-
cūdo apparuit mulierib⁹ redeūtib⁹ a monu-
mēto q̄ndo dixit eis Auete. Et acceſſerūt et
tenuerūt pedes ei⁹. Math. vlt̄. Et tipū ge-
rūt hūliū q̄b⁹ dñs apparz. tū rōne ſex⁹. tū rō-
ne affect⁹ q̄a tenuerūt pedes e⁹ ¶ Tertō ap-
paruit ſimōi. ſed vbi aut q̄n neſciẗ. niſi forte q̄n
redibat a monumēto cū iohe. potuit ei eē ꝙ
petr⁹ a iohāne alicubi diuertit. ⁊ ibi dñs ſibi
apparuit. lu. vl. Uel forte q̄n ad monumētū
ſol⁹ intrauit. ſicut dr̄ in hiſtoria ſcol. Ul̄ forte
in cauea ſiue ſpelūca. Diciẗ ei in eadē hiſto-
ria ꝙ quādo xp̄m negauit fugit in caueaz. q̄

mō ď: gallicantus in q̄ vt ďꝛ ꝑ tres dies fle
uit. ex eo q̄ xp̄m negauit. et ibi xp̄s ſibi appa⸗
ruit et eū ꝯfortauit. Petrꝰ aūt int̄p̄retať obe
diēs et gerit tipū obediētiū. q̄bꝰ dn̄s appar3.
¶ Quarto apparuit diſcipul' in emaus. qd̄
interp̄tať ďſideriū ꝯſilij. et ſig̃ficat pauꝑeſ xp̄i
qui volūt illď ꝯſiliū adimplere. vade et vende
oīa q̄ h̄eſ ⁊ da paupibꝰ ⁊c. ¶ Quīto appar-
it diſcipul' ꝯgregatis in vnū. ⁊ ſig̃ficat religi
oſos cū forib' ꝑ. p. ſēſuū3 clauſos. Joh. xx. He
q̄nq3 apparitiones ip̄a die reſurrectiōis facte
ſunt. et has rep̄n̄tat ſacerdoſ in miſſa q̄nq̄eſ
ſe v̄tens ad ꝑpl'm. ſed tertia v̄ſio ē cū ſilētio. qꝛ
ſignificat tertiā apparitionē factā petro que
neſciť vbi vel q̄ñ facta fuerit. ¶ Sexto appa
ruit octaua die diſcipulis ꝯgregatis preſen
te thoma. q̄ dixerat ſe nō credere niſi vider3
et ſig̃ficat heſitantes in fide. Joh. xx. ¶ Sep
timo diſcipulis piſcātibꝰ Joh. vlť. et ſig̃ficat
p̄dicātes q̄ ſūt piſcatores hoīm. ¶ Octauo
diſcipulis ī monte thabor. mat. vl. et ſig̃ficat
ꝯtēplatiuos. qꝛ in predicto mōte trāſfigura
tus fuit ¶ Nono. xj. diſcipulis recūbētibus
in cenaculo vbi incredulitatē eoꝝ et duriciā
cordis exp̄brauit. mat. vl. ꝑ q̊s ītelligiꝰ pctō
res ī vndnario trāſgreſſionis poſitos. quoſ
dn̄s aliq̄ñ viſitat miſericordiť ¶ Decio ⁊ vl
tio apparuit diſcipul' exeūtibꝰ in mōte oliueti
Lu. vl. ꝑ q̊s ſignificanť miſericordes ⁊ miſe
ricordie oleū diligētes. De hoc loco aſcēdiť
in celū q̄a pietas ad omnia valet. ꝓmiſſiōe3
habens ⁊c. j. thi. iiij. ¶ Sunt et alie tres
apparitōnes q̄ referunť in ip̄a die reſurrectō
nis facte. ſed tñ hoc ex textu ñ habeť ¶ Pria
qua apparuit iacobo iuſto. i. iacobo alphei.
de q̄ apparitione inuenies in legēda ipſiꝰ ia⸗
cobi. ¶ Alia q̄ ip̄a die appuiſſe ďr ioſeph.
ſicut legiť in euang̃. nicodemi. Nā cū audiſ
ſent iudei q̄ ioſeph corpꝰ ieſu a pilato petiſſet
et ip̄m in monumēto ſuo poſuiſſet. indigna
ti aduerſꝰ eū ip̄m ceperūt. et in q̊dā cubicl'o
diligēť clauſo ⁊ ſigillato recluſerūt. pꝰ ſabba
tū eū occidere volēteſ. Et ecce ieſꝰ in ip̄a nocte
reſurrectiōis ſuſpēſa domo a q̄ttuor angul'
ad eū intrauit. et faciē eiꝰ extersit. et oſculum
ďdit. et īde ſaluis ſigill' eū educēſ ī domū ſuā
ī arimathia ip̄3 adduxit ¶ Tertia q̄ añ ceteroſ

v̄gī matri appuiſſe crediť. l3 h̄ ab euāgeliſtiſ
taceať. Hoc romana eccl'ia approbare videť.
q̄ ſtatī ip̄a die apd̄ ſctā3 mariā celebrat ſtati⸗
onē. Si ei h̄ iō ñ crediť. qꝛ nullꝰ euāgeliſta te
ſtať ꝯſeq̄ns ē. vt pꝰ reſurrectionē nunq̄3 ſibi
appuerit. qꝛ vbi vl' q̄ñ nullꝰ euāgeliſta ediſ⸗
ſerit. S3 abſit vt talē mrē3 tal' filius tali negli
gentia dehonorauerit. Sed ideo forſan hoc
euangeliſte ſubticuerūt. qꝛ eoꝝ fuit officiu3
ſolummodo reſurrectionis teſtes inducere
matrē autē ad teſtificandū pro filio induce⸗
re eos nō decuit. Si eni verba extraneaꝝ fe
minaꝝ deliramēta viſa ſunt. q̄uo nō magiſ
matrē ꝑ filij amore credrēt delirare. Hoc igi
tur euāgeliſte ſcribere noluerūt. ſed pro con
ſtanti reliquerūt. Debuit eni matrē ꝑus te⸗
ſtificare de reſurrectione. quā āpliꝰ ceteriſ ꝯ⸗
ſtat doluiſſe de morte. ne matrē p̄tereat q̄ ſic
alios conſolari feſtinat. Hoc etiā Ambroſi
us teſtať in li. iij. ď virginibus dicens. Vidit
mater reſurrectionē dn̄i et p̄ma vidit ⁊ credi
dit. Vidit maria magdal'. q̄3uis adhuc ipſa
nutaret. Seduliꝰ q̊3 agēs de xp̄i apparitōne
ſic dicit. Semper v̄go manēs huiꝰ ſe viſibꝰ
aſtās. Luce palam dn̄s prius obtulit. bona
mater. Grandia diuulgās miracula. que fu
it olim. Aduenientis iter. hec fit redeūtis et
index. ¶ De ſeptimo aute3 et vltimo h̄
ꝯſiďrando q̄liter ſctōs patres q̄ erant in lim
bo xp̄s eduxit. et q̊d ibi egit. euangeliu3 apte
nō explanauit. Aug̃. tamē in quodā ſmōe
et nicodemꝰ in ſuo euangelio aliquatenus
hoc oſtendūt. Ait enim ſctūs Auguſtinus
Mox vt xp̄s ſpūm tradidit. vnita ſue deita⸗
ti aīa ad inferoꝝ ꝓfūda deſcendit. Cunq̄3 te
nebraꝝ terminū q̄ſi q̊dam dep̄dator ſplēdi⸗
dꝰ ac terribilis attigiſſet. aſpiciēteſ eū ipie ac
tartaree legiones territe inq̄rere cepūt dicē⸗
tes Vñ eſt iſte tā fortis. tam terribilis. tā ſplē
didꝰ. tam preclarus. Mūdꝰ ille q̄ nob' ſubdi
tus fuit. nunq̄3 nobis talem mortuum mi⸗
ſit. nunq̄3 inferis talia munera deſtinauit.
Quis eſt ergo iſte qui ſic intrepidus nr̄os
fines ingreditur. et nō ſolū noſtra ſupplicia
nō vereť. veꝝ etiā alios de noſtris p̄iculiſ ab
ſoluit Ecce ipſi q̄ ſub noſtris ſolebāt ſuſpira
re tormentis. inſultāt nobis de perceptione

ſalutis.et nō ſolū iā nihil verent̄ ſed inſuꝑ
nobis minant̄. Nunq̄ȝ hic ſic mortui ſuꝑbie
rūt.nec aliq̄n ſic potuerūt leti eē captiui. vt
q̄d huc iſtū adducere voluiſtis. O p̄nceps
noſter periit oīs leticia tua.in luctuȝ ꝯuerſa
ſūt gaudia tua. Dū tu xp̄m ſuſpēdis ī ligº
ignoras q̄nta dāna ſuſtineas in inferno. Pꝰ
iſtas crudeliū voces infernaliū.ad imperiū do
mini oēs ferrei ꝯfracti ſūt vectes ⁊ ecce inūera
biles ſctōꝝ populi eiꝰ genibꝰ ꝓuoluti lacrima
bili voce dicebāt. Aduenisti deſiderabilis re
dēptor mūdi. Aduenisti quē deſiderantes q̄
tidie expectabamꝰ. Deſcēdiſti ꝓ nobis ad ī
feros.noli nobis deeſſe cū reuerſꝰ fueris ad ſu
ꝑos. Aſcēde dn̄e ieſu īferno expoliato.⁊ au
tore mortis ſuis vinculis irretito.redde iaȝ le
titiā mundo. ſuccurre inquiūt.iam ſeuas ex
tingue penas.et miſerādo reſolue captiuos
dū h̄es abſolue reos.dū aſcēderis deſcēde tu
os. Hec aug. In euang̅.aūt nicodemi legit̄
ꝙ carinꝰ et leuciꝰ filij ſimeonis ſenis cū xp̄o
reſurrexerūt.et anne et cayphe.et nicodemo
et ioſeph et gamalieli apparuerunt et ab eis
adiurati q̄ xp̄us apd̄ inferos geſſit narraue
rūt dicētes. Cū eēmꝰ cū oībus patribꝰ nr̄is
patriarchis in caligīe tenebraꝝ.ſubito factꝰ
eſt aureꝰ ſolis color purpureuſq̄ȝ.et regalis
lux illuſtrās ſuꝑ nos. Statīq̄ȝ adā humani
generis pater exultauit dicēs. Lux iſta ē au
toris lumīs ſempiterni.q̄ nobis ꝓmiſit mit
tere lumē coeternū ſuū. Et exclamauit yſai
as dicens. Hec eſt lux patris.filiꝰ dei ſicut ꝑ
dixi cū eēm viuꝰ in terris. Populꝰ q̄ ambu
labat in tenebris vidit lucē magnā. Tūc ſu
ꝑuenit genitor noſter ſimeon.et exultans di
xit. Glorificate dn̄m.q̄a ego xp̄m infantem
natū in manibꝰ ſuſcepi in templo.et ꝯpulſꝰ
ſpū ſancto dixi. Nūc viderūt oculi mei ſalu
tare tuū Qd̄ paraſti ⁊c. Pꝰ h̄ ſuꝑuenit q̄dā
heremi cultor.et interrogatꝰ a nobis q̄s eēt
dixit Ego ſū Johēs q̄ xp̄m baptizaui.⁊ āñ fa
ciē eiꝰ pare viā eiꝰ ꝑiui.et ip̄m oſtēdi digito
dicēs. Ecce agnꝰ dei.⁊c.⁊ deſcēdi nūciare vo
bis.q̄a in ꝓximo eſt xp̄m viſitare vos. Tūc
ſeth dixit. Cū iuiſſē ad portas ꝑadiſi rogare
dn̄m vt trāſmitteret mihi angelū ſuū vt da
ret mihi d̄ oleo miſc̄die.vt inūgerē corpꝰ pa

tris mei ade.cū eēt infirmꝰ.appuit michael
angelꝰ dei dicēs. Noli laborare lacrimis oran
do ꝓpter oleū ligni miſc̄die.q̄a nullo mō po
teris de illo accipe niſi qn̄ cōpleti fuerint q̄n
q̄ȝ milia ducēti anni. Hec audiētes oēs pat
arche et ꝓphe exultauerūt magna exultatiō
ne. Tūc ſathā p̄nceps et dux mortis dixit ad
infernū. Prepa te ſuſcipe ieſū q̄ ſe gl'iat̄ xp̄ȝ
filiū dei eē.et homo eſt timēs mortē dicens.
Triſtis eſt aīa mea vſq̄ȝ ad mortē ⁊c. Et mł
tos q̄s feci curuos ſanauit.⁊ claudos erexit
Rn̄dens infernꝰ dixit. Si potēs es tu q̄lis ē
homo ille ieſus qui timēs mortem potentie
tue aduerſatur. Nā ſi dicit ſe timere morteȝ
capē te vult ⁊ ve tibi erit in ſempit̄na ſecula
Cui ſathan Ego illū tēptaui.et ꝓplm aduer
ſum illum excitaui.iam lanceā exacui.fel et
acetū miſcui.lignū crucis preparaui.in ꝓxi
mo eſt mors eiꝰ vt ꝑducā eū ad te. Cui īfer
nus. Ipſe ne eſt qui ſuſcitauit lazarū quem
tenebam. Cui ſathan. Ipe eſt. Cui infernus.
Coniuro te ꝑ v̓tutes tuas et meas ne perdu
cas eū ad me. Ego enim cū audiui imperium
verbi eius ꝯtremui.nec ip̄um lazaꝝ ꝯtinere
potui.ſed excutiens ſe vt aq̄la ſuper omneȝ
agilitatē ſaliens exiuit a nobis. Et cū hec lo
queret̄ facta eſt vox vt tonitruū dicēs. Tol
lite portas principes veſtras.et eleuamini
porte eēnales.et introibit rex glorie. Ad hāc
vocē ꝯcurrerūt demōes et hoſtia enea cū ve
ctibꝰ ferreis clauſerūt. Tūc dixit dauid. Nō
ne ego ꝓphetaui dicēs. Confiteant̄ dn̄o ⁊c. q̄
ꝯtriuit portas ereas ⁊c. Facta eſt iterum vox
magna dicēs. Tollite portas p̄ncipes ⁊c. Vi
dens infernus ꝙ duabꝰ vicibus clamauerat
quaſi ignorās dixit. Quis eſt iſte rex glorie.
Cui dauid. Dn̄s fortis et potens.dominus
potēs in prelio.ip̄e eſt rex glorie. Tūc rex gl'e
ſuperuenit.et eternas tenebras illuſtrauit.
Et extendens dn̄s manū.et tenēs dexteram
ade dixit. Pax tibi cum omnibus filijs tuis
iuſtis meis. Et aſcendit dn̄s ab inferis ⁊ oēs
ſancti ſūt eum ſecuti. Dominꝰ autem tenēs
manum ade.tradidit michaeli archangelo
et introduxit eos in paradiſū. Quibꝰ occur
rerunt duo viri vetuſti dierum et interroga
ti ſunt a ſanctis. Qui eſtis vos q̄ nobiſcuȝ in

inferniſ mortui nōdū fuiſtis.et ī paradiſo
corpe collocati eſtis.Et rn̄dit vnꝰ ex eiſ.Ego
ſum enoch qui huc tranſlatꝰ ſum.Ħ aūt ē he
lias q̄ huc curru igneo aſſūptꝰ eſt.et adhuc
mortē nō guſtauimꝰ.ſed vſqꝫ in aduentū ā
tixp̄i reſeruati ſumus cū eo preliaturi.et ab
eo occidendi.et poſt triduū et dimidiū diez
in nubibus aſſumēdi.Et cū hec diceret.ecce
ſupuenit aliꝰ vir portās ī humeris crucis ſi
gnū.Qui īterrogatꝰ q̄s eēt dixit.Ego latro
fui.et cū ieſu crucifixꝰ fui.⁊ credidi ipꝫ eē cre
atorē.et oraui dicēs.Memor eſto mei dn̄e.
qn̄ veneris in regnū tuū.Tūc dixit mihi A
men dico tibi.hodie mecū eris in paradiſo.
Et dedit mihi iſtō crucis ſignū dicēs.Hoc
portās āmbula in paradiſū.⁊ ſi nō dimiſerit te
ingredi angelus cuſtos p̄adiſi.oſtēde illi ſi
gnū crucis et dices ad illū.Quia xp̄s q̄ nūc
crucifixꝰ ē trāſmiſit me.Et cū ħ feciſſē ⁊ dixiſ
ſe ꝫ āgelo.ſtatī apiēs introduxit me et ad de
xterā paradiſi collocauit me.Cum hec cari
nus et leucius locuti fuiſſent. ſubito tranſfi
gurati ſunt.et amplius viſi nō ſunt. Gre
gorius quoqꝫ nicenꝰ vel ſm̄ quoſdā libros
aug.d̄ ħ eod ſic ait.Cōfeſtiꝫ eterna nox infero
rū xp̄o deſcēdēte reſplēduit.mox ferruginei
ianitores talia inter ſe vmbroſa ſilētia metu
incūbente ſubmurmurāt.Quis nā eſt iſte
terribilis et nimio ſplēdore choruſcꝰ.Nūq̄ꝫ
talē noſter excepit tartarꝰ.Nūq̄ꝫ in noſtrā
cauernā talē euomuit mūdꝰ.Inuaſorē iſte.
nō debitor.effractor eſt ⁊ deſtructor nō pec
cator.ſed p̄dator.iudicē videmꝰ nō ſupplicē
venit puguare non ſuccumbere.eripe.non
manere LIII.

## De ſancto ſecundo martire.

SEcundꝰ dr̄ quaſi ſe
condēs.i.ſe honeſtate morū cōponēſ
vl' ſcd̄ſ dr̄ q̄ ſecūdās.i.obſecūdans.i.māda
tis dn̄i obtēpās.vl' ſcd̄s q̄ ſecuꝫ dux.fuit enī
ſuꝰ dux.q2 rōe ſēſualitati hn̄ ꝓfuit.et ipāꝫ ad
oē opꝰ bonū p̄duxit.vl' ſecūdꝰ dr̄ reſpectu pri
mi.Due enī ſūt vie eūdi ad vitā. Prima p
penitētie lamentū.Secūda p martiriū Iſte
aūt martir p̄cōſꝰ nō ſolū iuit p p̄mā ſed etiā
per ſecundam. A

SEcūdus miles ſtrēnuꝰ.et athleta
xp̄i egregiꝰ martirqꝫ dn̄i glioſꝰ ī ci
uitate aſtenſi martirio coronatꝰ ē.
Cꝰ glioſa p̄ſītia p̄dicta ciuitaſ illuſtrat̄.⁊ eo
velut ſingl'ari patrono letat̄.Hic a beato co
locero q̄ a ſābricio p̄fecto in ciuitate aſtenſi
in carcere tenebat̄ fidē xp̄i edoctꝰ eſt.Cū igit̄
beatꝰ marcianꝰ in terdonenſi ciuitate detine
ret̄ in carcere.ſābriciꝰ illuc p̄ficiſci voluit vt
euꝫ faceret immolare.Secundꝰ autē tanq̄ꝫ
cauſa ſolacij ſecū eſt p̄fectus.beatum marci
anum videre deſiderans.Cum ergo extra ci
uitatem aſtenſem fuiſſent.columba ſuper ſe
cundū deſcendit.et capiti eius īſedit.Cui di
xit Sambricius.vide Secūde ꝙ dij noſtri
te amāt.vt etiā aues celeſteſ ad te viſitandū
trāſmittant.Cū autē ad tanagrum fluuiū
p̄uenissent.vidit Secūdꝰ angelū domini ſu
p aquā ambulātē.et ſibi dicentē. Secunde
fidē habeas et ſic ſup ydolorꝝ cultores āb'la
bis.Cui ſambricius.Frater ſecūde deos au
dio ad te loquētes.Cui Secundꝰ.Ambule
mus ad deſideria cordis noſtri.Cū vō ad
burimā flumen peruenissent.angelus ſimi
liter ibidē ſibi apparuit.eiqꝫ dixit. Secunde
credis in deum an forte dubitas.Cui ſcd̄us
Credo veritatem paſſionis et reſurrectiōis
eius.Cui ſambricius.Quid eſt qd̄ audio d̄
te.Cum autem terdonam ingrederet̄.mar
cianus ad preceptum angeli de carcere exi
ens Secūdo apparuit.eiqꝫ dixit Intra ſecū
de viam veritatis.et perge vt accipias pal
mam fidei.Sambricius dixit.Quiſ eſt ħ q̄
nobis quaſi ſomnians loquit̄.Cui ſecūduſ.
Tibi ſōniū ſꝫ mihi āmonitio et confortatio
eſt.Poſꝰ ħ ſecūdꝰ mediolanū iuit.⁊ fauſtinū
et ionitaꝫ q̄ in carcere detinebant̄ angelꝰ dn̄i
ad ſe extra ciuitatē adduxit.et ab eis baptiſ
ma q̄dā nube aquā p̄bente ſuſcepit. Et ecce
ſubito colūba d̄ celo veīt.⁊ corpꝰ ⁊ ſāgēꝫ dn̄i
d̄ferēſ ea fauſtīo et ionite tribuit.Dedit aūt
fauſtinꝰ corpꝰ et ſanguinem dn̄i ſecundo vt
ad marcianū deferret.Rediens igitur ſecū
dus cū iam nox eēt et ad ripā padi veniſſet
angelus dn̄i frenū accipiens equi ſuper pa
dum ipſuꝫ tranſuexit.et vſqꝫ terdonā in car
cerē ad marcianū eū introduxit.Deditqꝫ ſe

cūdꝰ marciano munꝰ fauſtini.⁊ ipe illud ſu
mēſ dixit. Corpꝰ ⁊ ſangꝰs dñi mecū ſit in vitā
etnā. Tūc ad mādatū angeli ſcūs de carcere
exiuit.⁊ ad ſuū hoſpitiū iuit. Pꝰ h marcia
nꝰ capitalē ſnīa ʒ accepit.⁊ ſcūs corpꝰ eꝰ rapi
ens ſepeliuit. Qd audiēs ſābricꝰ ipm ad ſe
vocauit.eiqʒ dixit. Quātū video xpianū te
eſſe pfiteris. Cui ſcūs. Vere xpianum pro
fiteoꝛ me eſſe. Cui ſambricius. Quātū vidǒ
malā moꝛtē deſideras. Cui ſecundꝰ. Illa ti
bi potiꝰ debet. Cunqʒ ſacrificare nollet.iuſſit
eū expoliari. Statimqʒ angelꝰ domini affu
it et veſtē ſibi parauit. Tūc ſambricꝰ eum ī
eculeū ſuſpenſū tam diu toꝛqri fecit. donec
eiꝰ bꝛachia a ſuis compaginibꝰ ſoluerentur
Sed cū fuiſſet ſanitati pꝛiſtine a domino re
ſtitutꝰ.iuſſit eū in carcerem reduci. Ubi dū
eēt āgelꝰ domini ad eū venit.eiqʒ dixit. Sur
ge Secūde ſeqre me et ducam te ad creato
rem tuū. Tūc ipſū vſqʒ in ciuitatem aſtenſē
perduxit.et eū in cuſtodia vbi erat colocerꝰ
et ſaluatoꝛ cū eo poſuit. Quem videns ſecū
dꝰ.ad eꝰ pedes ſe pꝛoiecit. Cui ſaluatoꝛ. No
li timere Secūde.qꝛ ego ſū dominꝰ deꝰ tuꝰ
q̄ te de omnibꝰ malis eripiam. Benedicenſ
qʒ eis aſcendit in celū. Mane igit ſambrici
us ad carcerē miſit. Qui carcerē quidem ſi
gnatū īuenerūt.ſecūdū vo nō inuenerunt.ꝓ
gens aūt ſābricꝰ de tridona ad ciuitatē aſtē
ſeʒ vt ſaltē colocerū puniret.iuſſit vt ꝑdictuſ
colocerus ſibi pñtaret. Et ecce nūciauerunt
ſibi ꝙ ſecūdꝰ cum colocero eēt. Quo audito
eos ad ſe adduci fecit.eiſqʒ dixit Quoniā dij
noſtri ſciūt vos eē contēptores ſuoſ voſ inſi
mul moꝛi volūt. Cū aūt ſacrificare nollēt pi
cē cū reſina liqfieri fecit.et ſup eoꝝ capita fū
di.et ī oꝛa eoꝝ iactari. Illi aūt h tanqʒ aquā
ſuauiſſimā cū magno deſiderio bibebāt.et
voce clara dicebāt Quā dulcia faucibꝰ meiſ
eloqa tua dñe. Tūc ſābricꝰ ſup eos dedit ſē
tētiā vt ſecūdꝰ ī ciuitate aſtēſi decollaret.co
locerꝰ vo albiganū mitteret.et ibidē puniret.
Cū aūt btūs ſecūdꝰ decollatꝰ fuiſſʒ.ecce āge
li dñi corpꝰ eiꝰ tulerūt.et ipm cū multis lau
dibꝰ et cātu ſepulture dederūt. Paſſꝰ eſt autē
iij.kł.aplis LIIII A

De ſancta maria egiptiaca

Maria egiptiaca q̄
peccatrix appellatur.xlvij.annis in
heremo artiſſimam vitam duxit.
quam circa annos domini.cclxx.tēpe clau
dij.intrauit. Quidā aūt abbas noīe zozias
dū Joꝛdanem tranſiſſet.et heremū magnā
percurreret.ſi foꝛte aliquem ſanctum patrē
inueniret.vidit quādam ambulantem nu
do nigroqʒ coꝛpe.et ex incendio ſoliſ exuſto
Hec aūt erat maria egiptiaca. Statimqʒ h
fugā arripuit.et zozimaſ poſt eā velocꝰ cur
rere cepit. Tūc ait illa. Abba zozima qd me
perſeqris. Ignoſce mihi.nō poſſū faciē me
am ad te conuertere.eo ꝙ mulier ſim et nu
da.ſed palliū tuū mihi poꝛrige.vt poſſim ſi
ne verecūdia te videre Qui ſe noīari audiēſ
ſtupefactꝰ palliū tribuit.et in terrā pſtratꝰ.
vt ſe benediceret rogauit. Cui illa. Ad te pat
benedictio magis ſpectat.que ſacerdotij di
gnitas oꝛnat. Ille vt audiuit ꝙ nomē et offi
cium eiꝰ ſciret amplꝰ mirabat.⁊ ſe benedici
obnixꝰ pcabat. Tūc illa Benedictꝰ deꝰ redē
ptoꝛ aīarū noſtrarū. Cūqʒ illa extenſis ma
nibus oꝛaret.vidit eā q̄ſi vnius cubiti men
ſura eleuari a terra. Tunc ſenex dubitare ce
pit ne foꝛte ſpūs eēt.et fingendo oꝛationem
faceret. Cui illa. Satiſfaciat tibi deus q̄ me
peccatricem mulierē immūdū ſpūm exiſti
maſti. Tūc zozimas illam ꝑ dñm ꝯiurauit.
vt cōditionē ſuā ei narrare deberet. Cui illa.
Ignoſce mihi pater.qa ſi tibi ſtatū meū nar
rauero.velut a ſpente territus fugies.⁊ aureſ
tue a ſmonibꝰ meis contamīabunt.et aer a
ſoꝛdibus pollueꝛ. Cūqʒ ille vehementer iſta
ret dixit. Ego frater in egipto nata ſuʒ.duo
decimo etatis mee anno alexandriam veni
ibiqʒ.xvij.annis publice libidini me ſubieci
et nulli vllatenꝰ me negaui Cum autē hoīeſ
regioniſ illiꝰ ꝓ adoꝛanda ſancta cruce hiero
ſolimā aſcēderēt.rogaui nautas vt me ſecū
dimitterent proficiſci. Cū vo me de naulo re
q̄rerent dixi. Nō habeo fratres aliud naulū
ſed ꝓ naulo coꝛpus habeatis meum Sicqʒ
ſūpſerunt me.et coꝛpꝰ meū nauli gratia ha
buerunt. Cum aūt hieroſolimaʒ ꝑueniſſem
et ꝓ adoꝛanda cruce vſqʒ ad foꝛes ecclie cuʒ

alijs deueniſſē.ſubito et inuiſibiliť repulſa m
patior.nec intꝰ intrare ꝑmittor.Iterū au teꝫ
atqꝫ iteꝝ ꝑueni vſqꝫ ad limē ianue.et ſubito
iniuriā patiebar repulſe.cū tñ oēs liberum
hr̄ent aditū.nec aliqḋ inuenirēt ipedimētuꝫ.
Rediēs igiť ad me.⁊ cogitāſ ꝙ hoc mihi ob
ſcelerū meoꝝ immanitateꝫ accideret.pectuſ
meū cepi manibꝰ tūdere.lacrīas amariſſīas
fundere.et a cordis intimo grauiť ſuſpirare
Reſpiciensqꝫ vidi ibi imaginē beate ṽginiſ
marie.Tūc ipam lacrimabiliť exorare cepi.
vt peccatoꝝ meoꝝ veniā impetraret.⁊ ad ad
orandū crucē ſanctā me intrare ꝑmitterꝫ.ꝓ
mittens me ſeculo abrenūciaturā.et deceto
caſtā māſurā.Cūqꝫ h̄ oraſſeꝫ.et in noīe bea
te ṽginis fiduciā recepiſſeꝫ.fores iterū ecclie
adij.⁊ ſine aliq̄ impedimēto eccliam intraui.
Cū aūt ſanctam crucē deuotiſſime adoraſſē
qdam mihi tres nūmos tribuit de qbꝰ tres
panes emi.Audiuiqꝫ vocē dicētē mihi.Si
iordanē trāſieris.ſalua eris.Iordanē igitur
tranſiui.et in hoc deſtū veni.vbi.xlvij.ānis
nullū penitꝰ hoīem vidēs manſi.Illi autem
tres panes q̄s mecū detuli inſtar lapidis ꝑ
tēpa durauerūt.et.xlvij.annis mihi ex hiſ co
medendo ſuffecerūt.Veſtimēta aūt mea iā
dudū putrefacta ſūt.Xvij.ꝑmis annis in h̄
deſerto a tēptationibꝰ carnalibꝰ moleſtata
fui.ſed nūc ꝑ dei grāꝫ oēs vici.Ecce oīa opa
mea tibi narraui.et rogo vt ꝓ me ad deuꝫ ꝓ
ces fūdas.Tūc ſenex ad terram ꝓſtratꝰ in
famula ſua dn̄m bn̄dixit.Cui illa.Obſecro
te vt in die dn̄ice cene ad iordaneꝫ redeas.et
corpꝰ dn̄icū tecū feras.Ego auteꝫ ibideꝫ tibi
occurrā.et de manu tua corpus ſacrū ſuſci
piaꝫ.Nam a die qua huc veni cōmunionē
dn̄i non accepi.Rediēs igitur ſenex ad mo
naſteriū euoluto anno dū dies cene appro
pinq̄ret.tulit corpus dn̄icū.et vſqꝫ ad ripaꝫ
iordani veniens ex alia ripa mulierē ſtantē
ꝓſpexit.Que ſupra aq̄s facto crucis ſigna
culo iuit.et ad ſenē vſqꝫ ꝑuenit.Quā vidēs
ſenex obſtupuit.et ad pedes eiꝰ hūiliť ſe pro
ſtrauit.Cui illa.Vide ne feceris.cū ſacramē
ta dn̄ica penes te habeas.⁊ ſacerdotij dig̃ra
te refulgeas.ſꝫ obſecro vt ſeq̄nti anno ad me
pater redire digneris.Tunc illa facto ſigno
crucis ſuꝑ iordanis aq̄s iuit.⁊ heremi ſolitu
dinē petiuit.Senex vͦo ad ſuū monaſteriū
rediēs ſequēti āno ad locū in q̄ ſecū ꝓmolo
cutꝰ fuerat venit.et eā ibidē expiraſſe reppit
q̄ lacrimari cepit.et ipaꝫ tangere nō ꝓ̄ſūpſit
Dixitqꝫ intra ſe.Ego q̄dem corpuſculū ſā
cte ſepelire volebā.ſed timeo ne h̄ ſibi diſpli
ceat.Hec eo cogitāte.vidit iuxta caput ſuuꝫ
lrās in terra deſcṗtas ita cōtinētes.Sepeli
zozima marie corpuſculū.redde tře puluerē
ſuū ⁊ ora ꝓ me ad dn̄m.ad cꝰ ꝓ̄ceptū ſecūda
die aplis reliq̄ h̄ ſeculū Tūc ſenex ꝓ certo co
gnouit ꝙ mox vt dn̄i ſacramenta accepit et
ad deſertū rediȷt.vitā finiuit.Illudqꝫ deſtū
qḋ zozimas ꝑ.xxx.dierū ſpaciū vix ābl̄auit.il
la in vna hora ꝑcurrit.et ad deū migͣuit.Cū
qꝫ ſenex terrā foderet ſꝫ neq̄ret.vidit leoneꝫ
ad ſe veniētē māſuete dixitqꝫ illi.Scā h̄ mu
lier ꝓ̄cepit ſepelire corpꝰ ſuū.⁊ ego cū ſī ſenex
fodere nō poſſū.nec etiā aptū hn̄o ferramen
tū.Tu ergo terrā fode vt poſſimꝰ eiꝰ corpuſ
ſanctiſſimū ſepelire.Tūc leo cepit fodere et
aptā foueā ꝓ̄parauit.Quo pacto leo vt agnꝰ
manſuetus abijt et ſenex ad ſuū monaſteri
um gl̄ificās deū venit.

LV A

De ſancto Ambroſio.

AMbroſiuſ dicitur
de ambra q̄ eſt ſpēs valde redolēs.
et precioſa.Ipſe enī eccleſie valde precioſus
extitit.et in dictis et in factis ſuis valde redo
luit.Vel dicitur Amb̄.ab ambra ⁊ ſyos qḋ
eſt deꝰ.quaſi ambra dei.Deus nāqꝫ ꝑ eum
quaſi ꝑ ambrā vbiqꝫ redolet.Fuit eniꝫ et eſt
bonꝰ odor xp̄i in omni loco.Vel dr̄ ab ābor
qḋ eſt pať luis.et ſyor qḋ eſt ꝑuulus q̄a pať
in multoruꝫ filioꝝ ſpūali generatione.lumi
noſus in ſacre ſcṗture expoſitione.⁊ ꝑuuluſ
in ſua humili ꝯuerſatione.Vel ſic dr̄ in glo
ſario.ambroſius odor vel ſapor xp̄i celeſtis.
ābroſia eſca āgeloꝝ.ābroſiuꝫ celeſte melľ fa
uū.Fuit enī celeſtis odor ꝑ odoriferā famā
ſapor ꝑ cōtēplationē intnā.celeſte mellis fa
uū per dulcē ſcripturarū expoſitionē.eſca ā
gelica ꝑ glorioſā fruitionē.Eius vitaꝫ ſcṗſit
paulinus nolanus ep̄s ad auguſtinum

